Assensi realem Intromissionem et Actualem pacificam possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose accipiendum. Exinde Nobilem Alexandrum Baranowicz cessionarium suum hoc idem praesens cessum praemissorum omnium et singulorum cum universis eorum utilitatibus et emolumentis competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ad suosque quosvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi. Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi vigore.

Sabbatho post Festum Sanctorum Trium Regum proximo Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo 9/I

Dubaniowskie coniuges mutuam sibi Advitalitatem inscribunt

Comparentes personaliter coram officio et Actis

2166

Præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Gnoss Marianus Dubaniowski olim Generosi Venceslai Dubaniowski, cum Gnosa olim Christina de Trzezany Consorte eius procreatus filius ab una, et Zophia Zitynska olim Gnosi Stanislai Zitynski cum Gnosa olim Anna Zilowska consorte eius legitima procreata filia coniuges legitimi Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo: Præsenti vero Castrensi Capitan. Præmysliensi Iuris dictioni quo ad Actum hunc attinet sevum Successionibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum suo interesse Præsertim vero Consors cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et autoritate recognouit. Quia sibi mutuo et inuicem una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium hæreditariorum et obligatoriorum, summarumq pecuniarum quarumuis, nec non auri argenti clenodiorum unionum, margaretarum, vestium vestimentorum, tum stannidiis cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equiread, ac totius supellectilis domesticæ, in quacunq forma et materia existen, nunc habitt et imposterum habendorum mutuam Aduitalitatem et usum fructum, ad extremum vitæ uniusq eorum tempora, tantummodo et non ultra inscripserunt concesserunt, et assignauerunt, put inscribunt concedunt et assignant